

## De spiritu et anima

vigere facit quibus sensus corporis. Tabet enim voces edere: membra mouere. Tres namque sunt ventriculi cerebri. Unus anterior a quo omnes sensus. alter posterior a quo omnis motus. tertius inter utrumque medius. id est rationalis. Corporis sensus sic sunt. Quod est in corpore subtilissimum et ob hoc aere similitudine et viciniamque cetera. id est lux. primum per oculos ipsos diffusum emicatque in radiis oculorum ad visibilia intuenda. deinde mixtura quaedam primo cum aere puro. secundo cum aere caliginoso atque nebulo. tertio cum corpulentiore humore. quarto cum terrena crassitudine: quibus sensus cum ipso sensu oculorum perficitur: ubi ipsa sola extollitur. Iste sensus quod in sola facie preloca/ri sunt. id est scriptum arbitror: quoniam dominus in faciem insufflauit homini spiraculum vite. et factus est in animam viuente. Anterior quippe pars posteriori merito proponitur: quia ista ducit et illa sequitur. ab ista sensus et ab illa motus. sicut primum procedit actio. Iste vires et aereque corporis dici possunt. quod ab anima in corpore sunt. nec sine utroque fieri possunt. In prima parte cerebri vis animalis vocatur fantasticalis. id est imaginaria: quod in ea corporaliu[m] rebus similitudines et imagines continentur. vnde et fantastici dicitur. In media parte cerebri vocatur rationalis: quod ibi examinatur et iudicatur ea que per imaginationes representantur. In vltima parte vocatur memorialis: quod ibi recommendat memorie ratione iudicatur.

Quo quedam intelligimus per somnum que da vero non. Capitulum XXIII.

Aliud est itaque in nobis que corpora sentimus: quod quibus corporis sensibus facimus. Aliud que non corpora sed corporibus similia cernimus: ubi et nos ipsos non aliter que similes corporibus intuemur. Aliud que non corpora nec corporum similitudines aspiciamus. sed alias res que non habent imagines sui similes. sicut est deus: et ipsa mens rationalis: vel intelligentia: vel ratio. sicut etiam fruges: prudentia: iusticia castitas: charitas: pietas: et quecumque alie sunt: que intelligendo vel cogitando enumeramus: discernimus et diffinimus. Poro anima non est corpus: quod non omnis similitudo corporis corpus est. Dormienti enim tibi in somnis velut corpus appetit: neque id corpus tuum sed anima tua: nec rebus corporum sed similitudo corporis

tui. Tacebit enim corpus tuum: ambulabit ipsa. Tacebit lingua corporis tui: loquetur ipsa. Clausi erunt oculi tui: videbit ipsa: et ita in ea tota et integra cernet similitudo carnis tue. In hac similitudine quasi per loca cognita vel in cognita discurrat: et sentit leta vel tristitia. Anima etiam mortui sic dormientis in ipsa similitudine corporis sui sentit seu bona seu mala. non sunt tamen corporalia sed corporibus similia. que bonis aere corporibus exire afficiunt seu bonis seu male. cum et ipse suis corporibus similes sibi dimer appareat. Sunt tamen et valetudine et valetudine facta de suba spirituali in substantia spirituali. Tertium nepe est quod anima spiritualis natura esse in nobis ubi corporaliu[m] rebus similitudo dies aut formantur aut formate ingerunt: siue cum presentia aliquid sensu corporis tangimus et primo eorum similitudo in spiritu formatur: et in memoria recordatur. siue cum absentia iam nota vel que non nouimus cogitamus: ut inde formetur quaedam spiritualis intellectus. Innumerabilia est per partem et operatione fingimus: que vel non sunt vel esse nescimus. Innumerabiles que et varie forme rerum in animo nostro presentantur: vel cum aliquid facimus vel facturi sumus: aliquid etiam spiritu rapiente tollit anima in huiusmodi videnda seu bona seu mala. Nimia quoque intentio cogitationis vel aliquid vi morbi: ut freneticis per sebre[m] accidere solet. seu commotione alterius cuiusdam spiritus seu boni seu mali. ita corporaliu[m] rebus imagines in spiritu exprimitur tanquam corpora ipsi corporis sensibus presentantur: ut absentia videantur adesse tanquam presentia: et que non sunt tanquam presentia assint. In dormientibus et multa videntur vel nihil vel aliquid significancia. Vnde sepe imagines rebus corporaliu[m] um tanta illi expressione representantur in somnis: que ipsa corpora presentantur vigiliantibus: ut in visionem dormientium et vera commotione vigilantium non discernantur: sed continuo eis caro mouetur. et per se positum suum vel per licitum motum concubere videantur: et quod naturaliter collectum est per generales vias emittat. Vnde motus casti vigilantes cohibent et refrenant. Dormientes autem id non possunt: quod in pretere non hinc imaginis corporalis expressione: qua caro naturaliter mouetur. et sequitur quod coitum sequi solet. et quod si ne peccato a vigilantiu[m] fieri non potest. Sic in spiritu et corporaliu[m] rebus imagines app